

*Fam rationes etiam tuas excutiamus; quarum prima est, quod plures voces Musicales non sint dandæ, quàm in scala exprimuntur. Septimam vocem autem in ea non esse expressam, Ergo. Non docebo te, Hubmeiere, Dialecticam: attamen scire debebas ab autoritate negativâ non firma deduci argumenta. Proh Deum immortalem, si hac ratio vera, & nihil novi veterum inventis addendum esset, quot & quantis commoditatibus destitueretur hodiè vita humana, quas veteres ignorarunt, & que noviter inventa sunt. Quod septima vox, Si, in scala expressa non est, nihil mirum. Autor enim scala Guido Aretinus, cum statuisset tantùm sex voces Musicales esse, eas ita disposuit, ut septimæ locum non relinqueret, & voces Musicales mutuâ substitutione in scala ita turbavit, ut ea facta sit remora & impedimentum maximum Musicam discantibus, cum longè rectiùs hæc tradi potuissent. Secundam rationem affers, quod septima vox Si, ad nullam certam clavem determinetur, cum ab aliquibus modò in C. modò in f. modò in B. po-*

*B 4 natur.*